



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 51. Theses Theologicæ P. Christophori Frenz Romæ, & a Lovaniensi
Academia damnatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII.

A. C. 1704.

§. LI.

*Theses Theologicæ P. Christophori
Frenz Romæ & a Lovaniensi
Academia proscriptæ.*

*Hist. Con-
trouv. de Aux.
l. 1. c. 27.
Causa Ques-
nel. p. 300.
Argentre
Coll. Jud.
part. 3.
pag. 600.*

Sub idem ferme tempus P. Christo-
phorus Frenz Ord. FF. Prædicato-
rum publicas exposuit theses de scientia
& gratia Dei a F. Joanne Donnellyo
defendendas, iisque præfixit orationem
in qua Lovanienses Doctores hortaba-
tur, ut Lovaniensium censuram pro
germana SS. Augustini & Thomæ do-
ctrina pronuntiatam tuerentur, & a
vocabulo scientiæ mediæ absterrent.
Has vero Theses unacum *justa refuta-
tione Appendicis R. P. Joann. Bapt. Van-
der Woesten* Lovaniensis Universitas die
vigesima prima Maij anno priori pro-
scripsit, edito hoc decreto:

„Cum ad nos delatæ fuerint *Theses
Theologicæ de Scientia, voluntate, Provi-
dentia, Prædestinatione, & gratia Dei
&c.* octodecim paginis amplæ, quibus
R. P. Christophorus Frenz sacræ Theologia
„(ut asserit) *præsentatus, & Studii Ge-
neralis Lovaniensis Fr. Prædicatorum Re-
gens Primarius, die 22. labentis Mensis
Maij, hora 9. ante & 3. post meridiem*
„præsidere intendit, variæque contra
„illas apud nos moverentur, ac discen-
„terentur.

„terentur querelæ; nos eas mature Sæc. XVII.
 „examinari fecimus, & quantum per A. C. 1704.
 „tempus licuit, ipsi examinavimus,
 „cumque deprehenderimus illas in va-
 „riis articulis scandalosas, piarum au-
 „rium offensivas, fraternam charitatem
 „lædentes, & Religiosam modestiam
 „dedecentes, item Apocrypha quæ-
 „dam, & per Innocentium X. Pontifi-
 „cem Max. Anno 1654. allegari pro-
 „hibita, insulse citantes, sædis scom-
 „matibus, & audacibus calumniis re-
 „sertas, necnon de Janseniana hæresi
 „ex professo tractantes, & non tantum
 „illius in Gallia & Belgio defensoribus
 „succenturiantes, perfricte æque ac
 „frivole asserendo, nullos tales in Gal-
 „lia & Belgio existere, & nihilominus
 „ipsorum scripta laudando; verum e-
 „tiam quartæ Propositionis a prædicto
 „Innocentio X. Alexandro VII. aliisque
 „Romanis Pontificibus condemnatæ
 „partem primam aliquoties asserentes,
 „denique Lovaniensibus Sanioris Do-
 „ctrinæ Theologis temerarie insultan-
 „tes, & sub prætextu unionis ad schis-
 „ma excitantes, & gravioribus censu-
 „ris dignas: hinc tenore præsentium,
 „& Muneris nostri Authoritate, omni-
 „bus cujuscunque gradus, aut digni-
 „tatis Theologis, aliisque tam Regu-
 „laribus, quam sæcularibus, nobis sub-
 „jectis

Sæc. XVII. A. C. 1704. „jectis injungimus, ut hanc nostram de
 „præfati *Patris Christophori Frenz* Thesi-
 „bus *Censuram* ita a nobis provisionaliter
 „latam, donec Sedes Apostolica aliter
 „judicaverit, ratam habentes, nullas
 „hujusmodi Theses distribuant, sed
 „frangant, lacerent. aut ad nos, sive
 „Decanum nostrum frangendas, ac la-
 „cerandas, quemadmodum frangi, ac
 „lacerari jussimus, deferant: atque in-
 „terim sub poenis arbitrio nostro refer-
 „vatis interdiciamus, ne ullus disputa-
 „tionibus, quas dictus *R. P. Christopho-
 rus Frenz*, prænotato die habere inter-
 „dit, quocunque prætextu, aut modo
 „interlit: quoniam ad parendum Pon-
 „tificiæ & Regiæ Majestati, ad quam
 „& Theses istas, & earum Authorem
 „ulterius remittimus, omnibus modis
 „amputanda sunt temeraria irrequieto-
 „rum conamina Spirituum, qui Eccle-
 „siam Catholicam infandis novitati-
 „bus assidue vexant, atque perturbant.

Eædem Theses hoc anno die un-
 declima Martii Romæ inter libros
 prohibitos recensitæ sunt.